


COMMENTARII
ACADEMIAE
SCIENTIARVM
IMPERIALIS
PETROPOLITANAE.

Tomus IX.

AD ANNUM MDCCXXXVII.



PETROPOLI,
TYPIS ACADEMIAE.
c1834.

4

ELISABETHAE

PRIMAE

RVSSORVM IMPERATRICI

ET AVTOCRATORI

CETERA, CETERA, CETERA.

SACRVM.

QUOD TVVM est DOMINA, lit-
terarum et bonarum artium in
Russia nouum incrementum, eius-
que argumentum certissimum, Tomum hunc
nouum Commentariorum Academicorum, TE
feli-

*feliciter imperante in lucem editum, TIBI
animo deuotissimo reddimus, TIBI more an-
tiquo dedicamus.*

*Haud facile unquam spes maior nostris
excitata Musis est illa, qua TV in fasti-
gio, benignissimum sidus Imperii et Musa-
rum diuque ad restituendas res expectatum,
effulsisti, splendore TVO omnia exhilarasti,
vitamque et animum bonis omnibus reddidisti.*

*Itaque TIBI, AVGVSTISSIMA IM-
PERATRIX, consummationem operis pater-
ni Numen reseruare voluisse videtur, TIBI,
MAGNI PARENTIS, FILIAE MA-
GNAE, quae virtute plus quam virili in-
structa, a Deo excitata, a populo vniuerso
expetita, mira quin miranda nunquam satis
fortitudine, Imperium paternum repetisti ac
vix illud adeptas, victoriis ampliasti, gloriaque
trium-*

triumphorum adauēta, pacem populo TVO
et vicino donasti, requiem Imperio et secu-
ritatem temporibus etiam futuris stabiliisti,
Dulcissimo PETRI MAGNI Nepote, qui
TIBI in Imperio succederet arcessito, et Prin-
cipi incomparabili, Magnae Duci Catharinae
Alexeidi, quae TIBI populoque TVO in
deliciis est, desponsato. Quid, quod collapsa
quaecunque bona instauras, noua addis, in
TVIS erga TE amorem TIBI concilias,
reliquos per vniuersum orbem in admira-
tionem TVI rapis et ad mentem MAGNI
PARENTIS, magna quaeuis paras, incepta
perficis, ubique exemplum eius immortale
sequeris, adeoque Illum Ipsum tanquam re-
ducem in terris, exemplo TVO, sistis. Haud
quoque ita pridem benignissima lege lata,
solatium et spem artium et scientiarum cul-
toribus non solum ampliorem addidisti, sed
exte-

exteris etiam laborum nostrorum sociis, annua stipendia continuari iussisti.

Quid igitur a TE, TVAque providentia, cuius acumen nihil subterfugit, et nobis sperare non licet, qui iussu et auctoritate TVA in excolendis et docendis bonis artibus operam navamus, TVAque benignissima voluntate suffulti, ad utilitatem publicam et ad emolumentum et gloriam Imperii TVI, quantum licuerit, conferre nunquam desistimus.

Adiuva itaque nos DOMINA, nostrosque labores et vigorem Academiae, summa cura ab immortalis PATRE TVO fundatae, auctae ab Augustissima MATRE, beneficio TVO sustentata! TE autem adiuet DEVS, summus rerum arbiter, diuque saluam conseruet et sospitem, et quod prorsus excellens in TE est, animi excelsi decus, quo in
dies

*dies magis magisque exsplendescis, sero re-
petat sibi, ut auspiciis TVIS Imperii sa-
lus immota constet nouisque efflorescat in-
crementis. Ita feruido et sincero animo vo-
vet*

IMPERATORIAE TVAE MAIESTATI

Petropoli, Calend. Octob.

A. d**1800**XLIV.

deuotissima
Academia Scientiarum.

INDEX COMMENTARIORVM.

* * *
Commercium Epistolicum Regiae Historiae Lusitanae
Academiae cum Academia Petropolitana.

In Classe Mathematica.

- Joh. Bernoullii* Differtatio Hydraulica de motu aquarum
per vasa aut per canales, quamcunque figuram ha-
bentes, fluentium. pag. 3.
- L. Euleri* de communicatione motus, in collisione cor-
porum, sese non directe percutientium. p. 50.
- G. W. Krafftii* Specimen Algebrae ad Architecturam
militarem applicatae. p. 77.
- L. Euleri*, de Constructione Aequationum. p. 85.
- Eiusdem* de Fractionibus continuis. p. 98.
- F. Moula*, de maximis in figuris rectilineis. p. 138.
- L. Euleri* Variarum observationes circa series infinitas. p. 160.
- Dan. Bernoullii*, de variatione motuum a percussione ex-
centrica. p. 189.
- L. Euleri* Solutio problematis geometrici circa lunulas a
circulis formatas. p. 207.
- Eiusdem* de variis modis circuli quadraturam numeris
proxime exprimendi. p. 222.

In Classe Physica.

- G. W. Krafftii* de Thermometris. Dissertatio Experimentalis. p. 241.
- I. Weitbrechtii* Observationes Anatomicae ad historiam et actionem musculorum, labiorum, ossis hyoidis, faucium linguae, laryngis, pertinentes. p. 249.
- Eiusdem* Obseruata in sectione iuuenis. 1735; cuius manus et pedes monstri fuerant. p. 269.
- Eiusdem* Explicatio difficiliorum experimentorum circa ascensum aquae in tubos capillares. p. 275.
- I. Ammani* de Alsinanthemo, Thalii, seu trientali herba. Ioh. Baubini. p. 310.
- Eiusdem* de Betula pumila, folio subrotundo. p. 314.
- G. W. Krafftii* Observationum meteorologicarum ab anno 1726. usque in finem anni 1736. factarum, comparatio, praelectio prima. p. 316.
- Eiusdem* ———— Praelectio secunda. p. 344.
- Eiusdem* Observationes Meteorologicae anno 1737. institutae. p. 358.

In Classe Historica.

- T. S. Bayeri* Geographia Russiae vicinarumque regionum, circiter annum Christi, DCCCCXLVIII. ex Constantino Porphyrogenneta. p. 367.

Observatio Astronomica.

- G. Heinsii* Observatio Eclipsis Lunarise d. 8. Sept. 1737. sita n. Petropoli habita. p. 425.

* * *